



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 87. Exercitus bello instaurato per Eboracensem conscriptus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

quibus Reginam Eboracensis Dux, jura-  
Sæcul. XV.  
tus antea illius inimicus, manu susten- A.C 1458.  
tabat.

§. LXXXVII.

*Exercitus Bello instaurato per Ebo-  
racensem conscriptus.*

Verum paulo post sub cineribus suis la-  
tentibus averisionis scintillæ in apertum  
eruperunt incendium. Accidit enim, ut *Polyd. Virg.*  
quondam Varwicensi Comite ex Regio *Hist. Angl.*  
Senatu domum redeunte, suorum unus  
cum quodam Regis domestico jурio con-  
tenderet, eumque occideret, ac perpetra-  
to facinore fuga sese proriperet. Satel-  
lites, cum homicidam comprehendere  
haud possent, in Comitem illius Domi-  
num manus injiciunt, convitiisque laces-  
sunt. Hæc injuria jamjam satis grave  
redintegrandi belli censebatur argumen-  
tum, ac præprimis Eboracensis Dux  
quaquaversum in vulgus spargebat, con-  
cordiæ leges a Regina violatas. Quare  
Sarisberiensi Comiti datum est negotium,  
quinque millium armatorum exercitum  
Londinensi admoveret urbi, atque adver-  
sus Reginam læsi juris vindictam a Rege  
peteret, si vero is hanc denegaret, mox  
bellum nuntiaret, inferretque, se vero va-  
lida interim auxilia comparaturum a-  
jebat. Regina, ut horum consilia præ-  
veniret, adventanti Sarisberiensi Ande-  
*Histor. Eccles. Tom. XXVIII.* O o la-

Sæcul. XV. lajum Baronem obviam misit, cuius tam  
 A.C. 1458. men copiæ fusæ, fugatæque, & ipse in  
 acie trucidatus periit. Eboracensis Dux  
 primo hoc successu elatior factus, ac sub-  
 sidiario auctus milite, quem sibi Caleto  
 Varwicensis Comes adduxerat, nullo ne-  
 gotio Londinensem urbem sibi subjecere  
 sperabat. Verum cum Regina per suos  
 exploratores, quorum ubique frequens  
 ei erat numerus, de arrepto consilio admo-  
 nita esset, promissorum amplitudine An-  
 dream Trolopium a vexillis Eboracensis  
 Ducis abstraxit. Hic erat Bellidux, quo  
 magis celebrem ob rei militaris experien-  
 tiam inter ceteros suos Ordinum Ductores  
 Eboracensis Dux vix alium numerabat; i-  
 demmet quoque ob novissima fortitudinis  
 suæ specimina in nupero bello Gallico in-  
 gentem sibi conciliaverat famam; nunc  
 vero apud suos tanta valebat auctoritate,  
 ut selectiores Ducis copiæ exemplum i-  
 psius secutæ, ad regium exercitum una-  
 cum eo transirent.

## §. LXXXVIII.

*Eboracensis Dux in Hiberniam fugere  
 compulsus.*

Eboracensis tam insolita suorum defe-  
 ctione obstupefactus verebatur, ne si-  
 bi nova pararetur proditio; hinc in Hi-  
 berniam se recipere constituit, Sarisbe-  
 riensis